

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)**CAMBRIDGE LIBRARY COLLECTION***Books of enduring scholarly value***Classics**

From the Renaissance to the nineteenth century, Latin and Greek were compulsory subjects in almost all European universities, and most early modern scholars published their research and conducted international correspondence in Latin. Latin had continued in use in Western Europe long after the fall of the Roman empire as the lingua franca of the educated classes and of law, diplomacy, religion and university teaching. The flight of Greek scholars to the West after the fall of Constantinople in 1453 gave impetus to the study of ancient Greek literature and the Greek New Testament. Eventually, just as nineteenth-century reforms of university curricula were beginning to erode this ascendancy, developments in textual criticism and linguistic analysis, and new ways of studying ancient societies, especially archaeology, led to renewed enthusiasm for the Classics. This collection offers works of criticism, interpretation and synthesis by the outstanding scholars of the nineteenth century.

**Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea**

This edition by Richard Porson (1759–1808) of Euripides' plays was published posthumously in 1820. It contains the Greek text of Euripides' four most popular plays: *Hecuba*, *Orestes*, *The Phoenician Women* and *Medea*, which had previously been published as individual titles. Each play is preceded by a list of manuscript witnesses and accompanied by a running Latin commentary, containing detailed text-critical, exegetical and philological notes. The volume is introduced by a Latin preface and supplement which expound Porson's theories on the metrical laws followed by Attic poets. Porson explains how he used these theories as a tool to make judgements between variant readings. These critical texts on the tragedies have been widely used by students of classical Greek tragedy and a number of English translations have been based on his reconstructed text. Porson's commentaries have been used by many generations of classical students in both Latin and English translation.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

Cambridge University Press has long been a pioneer in the reissuing of out-of-print titles from its own backlist, producing digital reprints of books that are still sought after by scholars and students but could not be reprinted economically using traditional technology. The Cambridge Library Collection extends this activity to a wider range of books which are still of importance to researchers and professionals, either for the source material they contain, or as landmarks in the history of their academic discipline.

Drawing from the world-renowned collections in the Cambridge University Library, and guided by the advice of experts in each subject area, Cambridge University Press is using state-of-the-art scanning machines in its own Printing House to capture the content of each book selected for inclusion. The files are processed to give a consistently clear, crisp image, and the books finished to the high quality standard for which the Press is recognised around the world. The latest print-on-demand technology ensures that the books will remain available indefinitely, and that orders for single or multiple copies can quickly be supplied.

The Cambridge Library Collection will bring back to life books of enduring scholarly value (including out-of-copyright works originally issued by other publishers) across a wide range of disciplines in the humanities and social sciences and in science and technology.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

# Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

*Quatuor ex Euripidis Tragoediis,  
ad Fidem Manuscriptorum Emendatae,  
et Notis Instructae*

EDITED BY RICHARD PORSON



CAMBRIDGE  
UNIVERSITY PRESS

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS

Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,  
São Paolo, Delhi, Dubai, Tokyo

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

[www.cambridge.org](http://www.cambridge.org)

Information on this title: [www.cambridge.org/9781108015417](http://www.cambridge.org/9781108015417)

© in this compilation Cambridge University Press 2010

This edition first published 1820  
This digitally printed version 2010

ISBN 978-1-108-01541-7 Paperback

This book reproduces the text of the original edition. The content and language reflect the beliefs, practices and terminology of their time, and have not been updated.

Cambridge University Press wishes to make clear that the book, unless originally published by Cambridge, is not being republished by, in association or collaboration with, or with the endorsement or approval of, the original publisher or its successors in title.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

ΕΤΡΙΠΙΔΟΤ  
ΕΚΑΒΗ, ΟΡΕΣΤΗΣ,

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ,

*καὶ*

ΜΗΔΕΙΑ;

QUATUOR EX EURIPIDIS TRAGŒDIIS,

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM EMENDATÆ,

ET NOTIS INSTRUCTÆ.

---

E D I D I T'

RICARDUS PORSON, A. M.

---

EDITIO CORRECTIOR, CUI TRES INDICES ACCEDUNT.

---

---

LONDINI:

IMPENSIS G. ET W. B. WHITTAKER, AVE-MARIA LANE.

---

1820.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

LONDINI:

EXCUDIT T. DAVISON, WHITEFRIARS,

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

## T R E S I N D I C E S,

Ad Euripidis Quatuor Tragœdias, à RICARDO  
PORSONO editas, pertinentes : primus, auctores  
citatos enumerans ; secundus, Græcas voces et  
phrases complectens ; tertius, ad notarum essen-  
tiam speciatim referens.

Cambridge University Press  
978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea  
Edited by Richard Porson  
Frontmatter  
[More information](#)

---

# ΕΤΡΙΠΠΙΔΟΤ ΕΚΑΒΗ.

---

**Excudit S. Hamilton, Weybridge, Surrey.**

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

---

# ΕΤΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

## EURIPIDIS HECUBA

AD FIDEM

MANUSCRIPTORUM EMENDATA

ET BREVIBUS NOTIS

EMENDATIONUM POTISSIMUM RATIONES  
REDDENTIBUS INSTRUCTA.

---

IN USUM STUDIOSÆ JUVENTUTIS.

---

E D I D I T

RICARDUS PORSON A. M.

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES PROFESSOR.

---

LONDINI:

IMPENSIS G. WILKIE, 57, PATERNOSTER-ROW.

---

1817.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## PRÆFATIO.

---

QUID in hac Euripideæ Hecubæ editione præstare conatus sim, paucis exponam. Nihil hic exquisiti aut reconditi expectandum ; tironum usibus hæc opella potissimum destinata est.

Primum hoc operam dedi, ut textus, si non omnino emendatus, plerisque saltem ceteris editionibus purior exhiberetur. Deinde editoris officium esse judicavi, nihil, nisi monito lectore, novare ; præsertim, si qua ex conjectura lectio admittenda videretur. Quocirca editionis Aldinæ lectionem semper memoravi, nisi forte paucis in locis, quæ ad communem errorum fontem pertinerent, cujusmodi est Dorismus iste  $\mu\acute{a}\tau\eta\varsigma$  pro  $\mu\acute{\eta}\tau\eta\varsigma$ , et terminationis , sive  $\nu$  additio vel detractio.

Quod ad varias lectiones attinet, plerasque præterquam aperte vitiosas, enotavi ; sed auctoritates, quibus singulæ nituntur, non semper curiose enumeravi ; propterea quod modo non erat tanti, modo tam negligenter in hoc munere versati erant ceteri editores, ut testimonia MStorum neque accurate numerari neque ponderari possent. Quotiescumque Euripidis loca ab antiquo quopiam scriptore cum varietate lectionis laudari memine-

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

ram, sedulo monui. Hujus rei insigne exemplum reperies versu 568.

In vocibus per crasin conjunctis, ut *κάτι*, *κάν*, *κάν* (i. e. *καὶ εν*, *καὶ ἀν*) et similibus scribendis, rationem a vetustioribus MSS. servatam diligenter secutus sum. Iota scilicet nusquam addi oportet, nisi ubi *καὶ* cum diphthongo crasin efficit, ut in *κάτα* pro *καὶ εῖτα*. Hoc post alios monuit Dawesius. (A)

Αεὶ, Piersono jubente, Brunckio non nolente, semper sine diphthongo scripsi, idem fakturus in *ἀετὸς*, *κλάω*, et *κάω*. (B)

Brunkius secundas futuri passivi indicativi personas in *ει* semper, non in *η*, terminavit; secundas etiam præsentis ego ad eandem formam reduxi. Analogia nempe postulat, ut vocalis corripiatur in indicativo, producatur in subjunctivo, *τύπτομαι*, *τύπτει*, *τύπτεται*, *τύπτωμαι*, *τύπτη*, *τύπτηται*. Neque causæ quicquam est, quare codicum auctoritas objiciatur. In his enim rebus nulla est codicum auctoritas. Satis constanter *ει* pro *η* præbent Aristophanis editiones. Pauca tamen loca sunt, ubi altera terminatio in aliquo MS. non exstet. Contra apud Tragicos non raro diphthongum *ει* pro *η* offerunt MSS. Quod si in hac re et similibus aliquoties aut meo aut hypothetarum errore peccatum est, ignoscet æquus lector, secum reputans, quam facile et mentis et oculorum acies hujusmodi minutis examinantis hebetetur. Hujus regulæ me ipsum oblitum esse video v. 251, ubi *κακύνει* adeo reponendum in addendis monui, et nunc reposui. (C)

## PRÆFATIO.

iii

In Hecuba, ut a me edita est, neque omissi verborum augmenti, neque admissi in paribus senariorum locis anapæsti exemplum occurrit. Locus unicus, qui priori licentiæ in hoc dramate favebat, ab ipso Brunckio, acerrimo alias hujus licentiæ vindice, emendatus est. Et cum rarissima omnino sint talia exempla, quorum tria in Bacchis, corruptissima pene omnium fabula, reperiantur, plane persuasum habeo, non licuisse in Attico sermone augmentum abjicere. (D)

Altera quæstio, quod ad Hecubam attinet, non minus faciles explicatus habet. In neutro enim duorum exemplorum, ubi anapæstum admisit aut retinuit Brunckius, omnes consentiunt MSS. In altero, v. 782. lectio ejus uno tantum codice nititur. In altero, 381. (*τοῦνομα* pro *ὄνομα*) satis auctoritatis pro *ὄνομα* stat, si auctoritas in re tantilla desideraretur. (E)

Brunckius, qui anapæstos in secundo et quarto senarii loco subinde defendit, fatetur tamen Tragicos hanc licentiam, quantum poterant, vitasse. Quidni igitur semper vitarint? An volebant, et tamen nequibant? An casu et incuria eos has maculas fusisse arbitrabimur? Adde quod MSS. auctoritate, scriptorum citationibus, et criticis argumentis exemplorum, quæ in hanc partem laudari solebant, numerus jam valde imminutus est.

Aliam ipse rationem adjicio, quæ si vera est, omnes, opinor, anapæstum paribus senarii locis semper excludendum esse ultro agnoscent. Hanc rationem,

a 2

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

non plane quidem novam\*, plerisque tamen ignotam, quam brevissime explicabo. Tantum scilicet abest, mea sententia, ut anapæstus pro secundo aut quarto pede ponatur, ut ne pro tertio quidem aut quinto substitui possit. Hoc de tertio pede si quis verum esse concedet, concedet a fortiori, ut Logici dicunt, de quinto etiam verum esse. Dactylus enim, qui in tertia sede creberrime usurpat, in quinta nunquam appareat. Anapæstus igitur, si illa excluditur, hanc intrare non potest. Jam loca, quæ huic doctrinæ adversantur, tam pauca sunt, tam facilia emendatu pleraque, ut si unus et alter forte supersint, quibus nos mederi nequeamus, non idcirco sana judicanda sint. Evidem omnia, quæ regulæ nostræ contraria observavi, aut sanare, aut adversariis eripere posse videor. Ea quæ Euripideæ fabulæ suppeditant, singula, ubi occasio postulabit, examinabo. Quotquot in Æschylo et Sophocle occurruunt, hic subjiciam.

Æschylus Prometh. 246. Καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ.

Agam. 664. Ἡρεικον αἱ δὲ κερωτυπούμεναι  
βίᾳ.

Choëph. 421. Ἔκοψε κομμὸν Ἀρειον, εἴτε  
Κισσίας.

654. Ἐιπερ φιλόξενός ἐστιν Αἰγίσθου βίᾳ.

\* Timide proposita est ab amico Morelli in Tractatu ejus de Græcorum Metris ante Thesaurum Græcæ Poëseos. (Dactylum in quinta Tragici senarii nunquam occurtere, ibidem observavit Morellus.)

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## PRÆFATIO.

v

Eumen. 896. Πάσης ἀπήμον' οἵζυος· δέχου  
δὲ σύ.

Suppl. 800. Πρὸς ὃν νέφη δι' ιδεηλὰ γίγνε-  
ται χιών.

apud Plutarch. de Consolat. p. 106. C.

"Οσπερ μέγιστον ἵαμα τῶν πολλῶν  
κακῶν.

Sophocles Ajac. 524. Οὐκ ἀν γένοιτο ποθεὶς οὗτος εὐγενῆς  
ἀνήρ.

Œd. T. 248. Κακὸν κακῶς τιν ἄμοιρον ἐκτρί-  
ψαι βίον.

Philoct. 1288. Πᾶς εἴπας; οὐκ ἅρα δεύτερον  
δολούμεθα;

apud Hesych. v. ἀντίπλαστον. Τὸν ἀντίπλασ-  
τον ἔχει νόμον κεκμηκόταν.

Horum exemplorum aliqua, quæ videntur esse, non sunt veræ exceptiones. In Prometh. 246. ἐλεινὸς verbum est Atticis ignotum, qui semper ἐλεινὸς usurpant, alterum ne extra quidem iambos et trochæos. Et tamen quam multo commodius anapæstico vel dactylico metro aptatur vox quadrisyllaba, quam trisyllaba? Trisyllaba est in dactylico metro Sophocl. Philoct. 1130. Ἡ που ἐλεινὸν ὁρᾶς, φρένας εἰ τινας, in anapæstico Aristoph. Ran. 1095. ράκι ἀμπτίσχων, ἦν ἐλεινόι, in heroico, Homeridæ Hymn. in Cerer. 283. (264.) Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάπουσαν ἐλεινήν\*. Imperiti scribæ, quibus nulla fere metri species, præter Homericam, cognita erat,

\* Ubi vide Ruhnkenium.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

tantum non omnes Atticas formas in Ionicas mutarunt, ceterorum metrorum securi. Ne longe abeam. Frequens est versus iambici clausula, ὡ μέλε. Verum in hac clausula, ubi librariorum licentiam metrum compescere debebat, MSS. non raro dant, ὡ μέλεε, aut corruptius etiam, ὡ μέλαιε. Porro Atticæ linguæ analogia hanc scripturam flagitat. Ut enim a δέος formatur δεινὸς, ut a κλέος κλεινὸς, sic ab ἔλεος formatur ἐλεινός. Ut nunquam δεεινὸς, κλεεινὸς, usurpant Attici, sic nunquam ἐλεεινὸς usurpant\*. In Agamemnone simili errore peccatur. Orthographicæ rationes metro labanti succurrunt. In compositis a κέρας nunquam ω admittitur, sed aut κέρας servatur integrum, quod fit ante labiales β et φ; aut nunc ultima syllaba abjicitur a veteri genitivo κέρεος (κερεαλκῆς) nunc ultima litera a veteri nominativo κέρος. Dicunt igitur Attici κεροβάτης, κερόδετος, κερουλκὸς, κεροφόρος, et propterea κεροτυπεῖν. Rariora sunt, probæ tamen notæ, κεράσθεολος (ex Platone satis notum) et κερασφόρος, quod exstat Euripid. Phœniss. 255. et in fragmento Sophoclis apud Ælian. N. A. VII. 39. Ἀρασα μυκτηράς τε καὶ κερασφόρους Στόρθυγγας εἰςφ' ἔκηλος. Versum ex Euripidis Oreste 268. Δὸς τόξα μοι κερουλκὰ, citat Suidas v. κεροβάτης, ubi male priscam lectio nem παξ' Εὐριπίδη Kusterus, licet ex MSS., in παρομίᾳ mutavit. Similiter in compositis a κέρας se res

\* Eadem est ratio adjectivorum πετεινὸς et πετεεινὸς. Hoc poëticum est, illud Atticum. In Demosthenis contra Stephanum prima prope finem ἐλεινότερον habet editio Feliciani.

## PRÆFATIO.

vii

habet. Nunquam enim *χρεωδασία*, *χρεωκοπεῖν*, *χρεω-*  
*πάλης*, *χρεωστάθμη* dicunt Attici, sed brevem semper  
 vocalem adhibent. Et ne quis objiciat, editos li-  
 bros hanc legem sæpe migrare, sciat lector nusquam  
 hæc aut similia verba apud Pollucem occurrere, quin in uno saltem MS. o pro  $\omega$  substituatur. Di-  
 versa forma est *χρεωνομία*, pro qua apud Pollucem I.  
 34. et Clementem Alex. Protr. p. 11, 17. male  
 scriptum est *χρεωνομία*. Sed, ut redeat, unde di-  
 gressa est oratio, Wassius ad Thucyd. II. 84. hunc  
 Æschyli locum laudans, *χεροτυπούμεναι* scribit, judi-  
 cito an errore, nescio.

Choëph. 421. Vel transpone, "Ἐνοψ' Ἀρειον κομ-  
 μὸν, vel lege, quod sententiam melius connectit,  
 Κομμὸν δὲ ἐνοψ' Ἀρειον.

654. Cum Aldus et Robortellus ediderint  
*φιλόξεν'* ἐστιν, levi mutatione legendum, *φιλοξένη* στιν.  
 Hujus erroris similem non raro admisere librarii, ne-  
 scii scilicet longam vocalem elidi non posse. De-  
 derunt igitur *γράμμ'* ἐστι, *χρεΐ* ἐστι, 'Ερμ' ἐμπολαῖε,  
 cum *γραμμή* στι, *χρεία* στι, 'Ερμᾶ' μπολαῖε debue-  
 rant. Fatendum est quidem Atticos hujusmodi no-  
 mina plerumque generum duorum communia facere.  
 Non semper tamen hanc regulam servant veteres.  
 Theognis in ipso initio; "Ἀρτεμι θηροφόνη, quod im-  
 perite Brunckius mutavit; πολυξέναν Αἴγιναν dixit  
 Pindarus Nem. III. 3. πολύξενοι νεάνιδες apud Ath-  
 nænum XIII. p. 574. A.

Eumenid. 896. Πάσης ἀπήμον' οἰζύος· δέχου δὲ σύ.  
 Attici semper οἰζὺς dixerunt, non οἰζὺς, οἰζυρὸς, non

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

viii

## P.RÆFATI.O.

*οἰζυρὸς*; quod monuit Piersonus ad Mœrin. Eodem modo dixerunt *οῖς*, *οἰστὸς*, *Οἰκλῆς*, *Οἰλεὺς*, quanquam in vulgatis libris has voces sine punctis diæreseos haud temere offendes. Aldina vero Æschyli editio *οἰζύος* recte habet. In Euripide usque ad hunc diem semper editum est *οἴστὸς*, contra versus metrum, contra grammaticorum auctoritatem. (Vide ad Med. 634.)

Suppl. 800. Recte Aldus et Robortellus, *νέφη δ'*  
*νδρεγλαδί*.

In fragmento legendum *μέγ' ἐστ' ἵαμα*, quomodo, quod mirere, corredit Grotius\*, Excerpt. p. 55†.

Nunc ad Sophoclem veniamus. In primo loco, nemo non videt quam inconcinne istud *ποτε* ponatur, quam in pronunciando prorsus obscuretur. Cum vero nihil mendi in singulis verbis hæreat, cogitandum est an commoda transpositione metro succurri queat. Et hoc quidem tot modis fieri potest,

\* Corredit Grotius e Scaligeri emendatione.

† Non tamen dissimulabo suspicionem meam, vocabulum *ἵαμα* senioris ævi esse et veteribus Tragicis ignotum. Æschyli versus est apud Scholiasten Sophoclis ad Electr. 286. Οἶτε (Brunck. oī τοι) στεναγμοὶ τῶν πόνων ἔρεισματα. Sed Homeri Scholiastes a Villoisono editus ad Il. Ψ. 12. *ἴδματα* pro *ἔρεισματα* substituit. Menandri locus apud Stobæum et Clericum p. 276. ita fertur, λύτης *ἰαρρός* ἐστιν ἀνθεώποις λόγος· ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει *ἵαματα*. Ubi hiatus vitium prodit, neque admitti potest crasis, quam fingit Bentleius, *ταιάματα*. Et hiatus quidem tolli potest ope Scholiastæ Villoisoniani ad Il. O. 393. qui legit *καυφίσματα*, quod etiam habet Codex Townleianus. Sed legendum est partim ex his Scholiastis partim ex altero, ad Æschyl. Prom. 378. *Ιαρρός* ἐστιν δ λόγος ἀνθεώποις νόσων· ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια. Si igitur *ἵαμα* vitiosum esse statues, legendum erit, "Οσπερ μέγιστον φάρμακον πολλῶν κακῶν.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## PRÆFATIO.

ix

ut propter copiam difficilis sit electio. Legi nempe potest vel Οὐκ ἀν ποθ' οὗτος εὐγενὴς γένοιτ' ἀνήρ.

vel Οὐκ ἀν γένοιτ' ἀνήρ ποθ' οὗτος εὐγενὴς.

vel Οὐκ ἀν γένοιθ' οὗτος ποτ' εὐγενὴς ἀνήρ.

Et huic ordini quodammodo favet Suidæ v. μνηστις editio Mediolanensis, quæ ποτε omittit. Sed omnes numeros implet Suidæ MS. in Collegii Corporis Christi Bibliotheca apud Oxonienses servatus, modo levis et solennis error corrigatur, legendo Οὐποτε pro οὐπω.

Οὐποτε γένοιτ' ἀν οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. (F)

¶ Ed. Tyr. 248. Dignus qui exscribatur, integer locus;

Κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις  
Εἰς ἀν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτρα,  
Κακὸν πακᾶς νν ἄμοιρον ἐκτρίψαι βίον.

Cum pronomen sit non omnino necessarium, expungendum facile quis conjiciat, et conjectit Joannes Burtonus. Verum ne illos videar imitari, qui scrupulum injectum quocunque modo eximere cupiunt, fateor νν hic tam eleganter addi, ut quamvis aliam medicinam adhibere malim, quam illud expungatur. Et defenditur simillimo loco Trachin. 287. ΑΥΤΟΝ δὲ ἔκεινον, εὗτ' ἀν ἀγνὰ θύματα 'Ρέξη πατρώω Ζηνὶ τῆς ἀλώσεως, Φρόνεις ΝΙΝ ὡς ἥξοντα. Sed levi opera res peragenda, et unius literulæ jactura reponendum ἄμορον, quæ vox occurrit Euripid. Med. 1395. ἄμμορος

b

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

x

## PRÆFATIO.

habet Sophocles Philoct. 182. et tandem Euripides Hec. 421. In Philoctete aut mutato duarum vocularum ordine lege,  $\hat{\alpha}\acute{g}'\; o\acute{u}$ , aut dele particulam negantem. Sed illud, opinor, verius. Quanquam in hisce interrogandi formulis negantem particulam pro arbitrio vel addunt vel omittunt Tragici. *Œd.* T. 822.  $\hat{\alpha}\acute{g}'\;\hat{\epsilon}\phi\mu\nu\;\kappa\alpha\kappa\acute{o}s$ ;  $\hat{\alpha}\acute{g}'\;o\acute{u}\chi\acute{i}\;\pi\acute{a}s\;\hat{\alpha}\nu\alpha\gamma\nu\acute{o}s$ ;

In fragmento  $\nu\acute{o}\mu\mu\acute{o}\;\hat{\epsilon}\chi\acute{e}s$  quivis legendum viderit.

In choris et melicis systematibus, quæ librarii et editores pro arbitrio distribuunt, duas sum potissimum regulas secutus. Primo curavi, ut quodque carmen ad nota et lyricis poëtis usitata, si facile fieri posset, versuum genera redigeretur; deinde, ut eadem aut similis versuum species quam sæpissime recurreret. Hujus divisionis exemplum vide in hac fabula 931. 932. 935. Ejus generis versus plures in primo Ajacis Sophoclei choro reperiuntur. Optandum quidem erat, ut Strophæ Antistrophe ubique accurate responderet. Sed cum librarii in facillimis metrorum generibus toties et tam turpiter peccarint, quid in paullo reconditionibus fecisse putabimus, præsertim ubi ad metri difficultatem styli obscuritas accedat? Cautius igitur in hac parte me gessi, et quædam intacta reliqui, in quibus tamen errorem latere posse suspicatus sim. Hoc semel observandum est, nihil tam frequenter in librarios cadere, quam verborum ordinem immutare. Hunc errorem illi quidem, ubi animadverterunt, aliquando literis numericalibus indicant. Sed has notas ii, qui postea codi-

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## PRÆFATIO.

xi

cem exscribunt, dum ad finem operis properant, sæpe negligunt. Tutissima proinde corrigendi ratio est, vocularum, si opus est, transpositio.

Licentiæ, quam in dialectis sibi permisere Tragici, fines accurate constituere perdifficile est; Ionismos tamen quosdam adhibuisse, sed parce et raro, extra controversiam est. Dixerunt utique ξένος et ξεῖνος, μόνος et μοῦνος, γύρατα et γούνατα, κόρος et κοῦρος, δορὶ et δουρὶ. Plures vero ex Homero invexit librariorum inscritia. Dialecti Doricæ, choris usitatissimæ, ratio paullo facilior est, nec tamen omnino certa. Nulli enim codices, ne optimi quidem, Doricas formas in melicis constanter retinent. Sed hanc regulam servandam putavi, ut eas, ubicunque vel unus modo non pessimæ notæ codex præberet, in textu reponerem. In plerisque enim MSS. ubi in contextus serie Dorica forma exstat, Attica vel communis suprascripta est. Hanc igitur scribas quoties alteri prætulisse credibile est?

Præter Aldi editionem, cujus lectiones plerasque memorandas putavi, utpote ex MSS. fere expressas, usus sum Barnesiana, Kingiana, Musgraviana, Brunciana, Beckiana. Kingius multa loca ex MSS. correxit, sed judicio parum acri, et de emendationibus suis lectorem raro certiorem facit. In re metrica multum se jactat, et Scholiastarum auctoritate, quæ nulla est, versus choricos disponit. Interdum ex conjectura mera eaque fallaci, textum interpolavit. Versum 416 post 414 posuit et 417 delevit. Hunc errorem Thomas Morellus, qui Kingii editionem re-

b 2

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

xii

## PREFATIO.

petivit, sustulit; sed ipse, ut fidem et judicium hominis agnoscas, codicum descriptionem, quam dede-  
rat Kingius, omisit; et v. 578 pro τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγον, audacter, sed tacite, edidit τοῖος ἀμφὶ σῆς λόγος.  
Cum notam ad hunc locum scribebam, editionem tantum Morellianam præsto habebam. Immerito igitur Kingium culpavi, satis alioqui culpabilem. Lector benevolus errorem meum condonabit et corriget.  
Cum vero tot MSS. adhibuerit Kingius, editionem ejus, licet caute, consulere oportuit, ut eorum lectio-  
nes indagarem. In quo opere adjutus sum duobus codicibus conferendis, quibus ipse Kingius usus erat.  
Utriusque copiam Regiæ Societatis humanitate nac-  
tus sum. Horum alterum Kingius optimum Reg. Soc.  
codicem vocat. Verum is, quanquam non omnino  
inutilis, longe ab optimo distat, et valde recens est,  
utpote anno demum 1490 exaratus. Tres priores  
continet fabulas. Alter quoque totidem habet; sed  
initio et fine nunc mutilus est, et centum plus minus  
annis priori antiquior videtur. Criticam subinde  
exercere voluit scriba; varias enim lectiones nunc in  
margine, nunc inter versus aspersit, quas, quoties  
dignas judicavi quæ commemorarentur, cum lectore  
communicavi. Usus sum præterea MS. Harleiano  
5725, et ipso recenti. Hunc in Notis H voco, Kin-  
gii *optimum* scilicet K, alterum R. Verum omnes  
fere Codices parum ab antiquitate commendabiles  
sunt, et quo frequentius describuntur, eo gravius in-  
terpolantur.

Interpretandi et illustrandi labore, utilissimo sane,

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

PRÆFATIO.

xiii

supersedendum duxi, partim ne libellus in librum excresceret. Loca tantum quæ Latini imitati sunt, prout memoria suggessit, adscripsi. Raro sum interpretis munere functus, nisi ubi cum critici officio conjunctum esset. Sin autem in ulla re justo parcior visus fuero, in sequentibus fabulis, si quas posthac edidero, hoc vitium emendare annitar. Hoc enim monendus est lector, cæteras Euripidis fabulas ordine vulgato singulas mox prodituras, si modo hoc specimen reipublicæ literariæ non displicere intellexero. Si opus ad finem perduxero, addam observationes quasdam in varia Scenicorum Poëtarum metra.

P. S. Cum plures postea MSS. contulerim, eorum Index Argumentum sequetur.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## S U P P L E M E N T U M

AD

## P R A E F A T I O N E M.

SIC fere ante annos quinque præfatus sum, cum Hecubam Euripideam, velut editionis novæ specimen, ederem. Nuper vero, cum Viri doctissimi atque humanissimi, quibus Typographei nostri cura demandata est, dignam operam meam judicassent, quæ ex prælo inclytæ Academiæ nostræ exiret, hoc saltem facere enisus sum, ut hanc nimis fortasse benignam eorum opinionem non omnino fallerem. In notis igitur quædam addidi, aut mutavi ; nihil autem prorsus delevi. Quaecunque momenti alicujus esse putavi, seorsum imprimenda curabo, ut ii, qui priorem editionem possident, quam minimo pretio secundæ bona, si qua tamen bona insunt, sibi comparare possint. Quod in fine præfationis pollicitus sum, sed tempore non præstituto, partim hodie repræsentare conabor, ut scilicet de Scenicorum Græciæ Poëtarum metris quædam disserenda suscipiam. Hos vero cancellos mihi ipse circumdabo, ut ne extra iambicorum, trochaicorum, atque anapæstorum limites egrediar. Quod tamen priusquam facio, pauca quædam, quæ brevius dixi, paullo explicatius, si potero, tradam.

(A) *A vetustioribus MSS.* dixi ; quoniam circa

## SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM. xv

finem, ut arbitror, seculi decimi tertii, iota subscribere cœpere librarii, quod antea vel adscriptum erat, vel omissum. Duæ nempe erant Grammaticorum sectæ; hæc iota dativis et infinitivis addebat, illa omittebat. Sed in hoc omnes vetusti MSS. consen-tiunt, etiam ii qui constanter *μούση* et *δραῖν* retinent, ut *κάν*, *κάπειται* et similia litera ista semper careant.

(B) Nescio cur miretur quis, quod vocalem in *ᾳεὶ* communem esse statuerim, cum idem fiat in *ἰᾶμαι*, *ἰατρὸς*, *λίαν* et aliis. Gravem in re levi errorem ad-misit Valckenærius, cum ait, Diatrib. p. 65. loca omnia Euripidis, ubi priorem producit *λίαν*, facilli-mam medelam admittere. Imo ipse locus quem citas, Vir summe, nullam medelam admittit. Γύναι, τό, τε *λίαν καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον*. Quam ex emen-datione addidisti, particula *τε*, (vel *γε*) si in MSS. omnibus reperiatur, ejicienda esset; quippe quæ nunquam secunda pedis trisyllabi syllaba esse possit. Dixit quidem Menander apud Stobæum CXVI. p. 475. Ἡμῶν τόγε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ· dixit Phi-lemnon, ibid. CVIII. p. 455. Ἐν τῷ τό τε κακὸν εῦ φέ-ρειν καὶ τάγαθὸν· dixit Alexis apud Athenæum VI. p. 237. C. Νοεῖς τό, τε γένος καὶ τὸ, πρᾶγμα; καὶ μάλα (sic enim legendum). Sed ab hac licentia prorsus abs-tinuere veteres; semel tantum senarium ab ὥστε μετέχειν inchoavit Aristophanes Plut. 345. semel ab οὐτε γὰρ ὁ μισθὸς 410. sed et hæc rarissima sunt. Quod vero dixi de particulis *τε* et *γε*, neutram pos-se secundam pedis syllabam fieri, id de senario ac-cipe. Adde quod neutra in trochaico versu pedis

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## xvi SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM.

trisyllabi prima esse potest. Sed ut ad ἀεὶ redeam, aptissimum ex MS. Etymologico apud Koën. ad Gregor. p. 160. locum citavit Hermannus\* Præf. p. 23. cujus ultima, ut insanabilia, prætereo ; priora proculdubio sic legenda ; Ἰστέον ὅτι τὸ φανάρι εἰσι τοῦ ἀεί· ἔστι γὰρ αἰεὶ καὶ αἰὲν καὶ αἰὲς ποιητικῶς καὶ ἀεὶ συνεσταλμένον [καὶ ἀεὶ ἐπεταμένον] καὶ ἀτί (ut recte Koënius) παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. Suidas. Ἀεί, τούτου ἡ φανάρι.

(C) Esto, ut τύπτεαι in τύπτῃ ac τύπτει pari jure contrahere potuerint Attici, utram contractionem putas prælaturos? Certe eam quæ modos diversos distingueret.

(D) Debueram fortasse χεῖν excipere, quod non minus quam ἐχεῖν in Scena Attica occurrit, etiam apud Comicos, quomodo, ut uno exemplo contentus sim, Hermippum Athenæi VIII. p. 344. D. Τοὺς μὲν ἄρεταλλους οἰκουργεῖν χεῖν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἐν ὅνται. Sic recte Aldi editio, male recentes ἐχεῖν. Quod ait Brunckius, quædam esse verba quibus solenne sit augmentum abjicere, verba ea quæ augmentum nunquam habuere, abjicere non possunt. Attici semper dicunt ἀνωγα, nunquam ἥνωγα, sed augmentum plusquam perfecto tempori reservant, CEd. C. 1598. Similis est ratio in καθεζόμην, καθήμην, καθεῦδον, quibus augmentum non præponunt Tragici, Comici pro arbitrio vel præponunt, vel abjiciunt. Erravit igitur Brunckius ad Æsch. Prom. 229. Soph.

\* Euripidis Hecuba. Gothofredi Hermanni ad eam et ad R. Porsoni Notas Animadversiones. 8vo. Lipsiae 1800.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM. xvii

Œd. C. 1597. Duplex aliquando augmentum admissere ut in ἡνεσχόμην, ἀνεσχόμην, quorum utrumque Tragicis familiare; sed ἡνεχόμην, quod Sophocli, Aristophani, et Platonis obtrudere conatur Piersonus ad Mœrin p. 176, Brunckio assentiente, mera est barbaries. Aldus et membranæ ἡσχόμην, Scholia vetera ἡ-εχόμην. Codices quidam ἰσχόμην, satis recte, nisi rectius præberet Eustathius ἐσχόμην ad Il. E. p. 529, 18=400, 52. Nimirum, cum semel ἰσχόμην in ἡσχόμην, quod pro varia lectione præbet Eustathius, corruptum esset, inde provenere ista portenta, ηισχόμην, ηνσχόμην, et quid non? Aristophanis versus mendosus est. MSS. aut ἡνεσχόμεθα aut ἡνειχόμεθα habent, quamquam silent Brunckius et Invernizius, qui e Kusteri interpolatione ἡνεχόμεσθα retinent. In Platonis Charmide p. 162. D. HSt. ἡνέχετο memrum est editionis Francofurtanae typographi erratum qui simplicem χ literam pro nexu ς posuerit. Ceteræ enim omnes recte ἡνέσχετο.\*

(E) Cum de hac quæstione tot aliæ pendeant, visum est rem paullo altius repetere, et præcipuas versuum iambicorum, trochaicorum, et anapæsticorum leges semel memorare.

Senarius iambicus, sive trimeter, ut notum est, sex iambis, si priori nomine uteris, constat, tribus metris, sive dipodiis, id est, diiambis, si posteriori. Et hic est perfectus senarius, vel trimeter.

\* Sic παρέχετο pro παρέχετο eadem ed. in Tim. p. 1084. C.

## xviii SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM.

Soph. Aj. 5. Πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.

Eurip. Hec. 14. ‘Τπεξέπεμψεν οὔτε γὰρ φέρειν ὄπλον.

Sed cum res esset immensi operis, et certe ab isto versuum genere, quod sermonem quotidianum quodammodo exprimere debebat, alienissima, puros scenarios scribere, duas licentias excogitabant Iambo-graphi ; priorem scilicet, ut spondeum in imparibus locis admitterent, alteram, ut pro iambo tribrachyn, utpote temporibus æqualem, substituerent : sed has licentias veteres isti Iamborum scriptores, Archilochum dico, Solonem, et Simonidem, parcus sibi indulgebant ; multo frequentius Tragici ; Comici denique, quibus propositum erat, non solum familiarem, sed etiam familiarissimum sermonem imitari, laxissimos aliquando numeros admittebant.

Tragici igitur, præter iambum et tribrachyn, quos cum paribus locis communes habebant, spondeum etiam in primo, tertio, et quinto usurpabant. Postea hunc spondeum in primo loco, prout res ferebat, vel in dactylum vel in anapæstum dissecabant, in tertio loco tantum in dactylum, in quinto neque in anapæstum neque in dactylum. Ac de dactylo quidem res adeo expedita et facilis est, ut vix tria exempla reperiantur, quæ huic regulæ obstare vel videantur. Euripidi quidem tribuunt Viri docti tanquam Hippolyti verba, a Zenobio, Diogeniano, Suida, et Apostolio in proverbiorum numerum relata,

SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM. xix

sed nusquam pro Euripideis citata, *'Ἀκαίρος εὗνοι'* οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Et poterant esse verba Phædræ ad nutricem; Scholiastes enim ad Hippolytum ait; *καὶ ἔστιν ὁμοία τῇ παροιμίᾳ*, *Εὕνοι ἀκαίρος οὐδὲν διαλλάσσεις ἔχθρας*. Sed cujuscunque est, certe neque Euripidis est, neque Tragici cujusquam. Alter locus Euripidis inter fragmenta a Barnesio et Musgravio collocatus, exstat apud Stobæum CXVI. p. 477. Τηρεῖν μὲν ἐτέρους οἱ γέροντες δυνάμεθα, *'Ημεῖς δ' ἀπολάνειν ἦν ἔχοντιν, οἱ νέοι.* Quis vero nescit, quoties margo Stobæi in nominibus erret? Aut quis hæc esse Comici cujusdam verba dubitet? Versus solus, quem in fabulis integris superesse credo, occurrit Iph. A. 1632. *Χρὴ δέ σε, λαξοῦσαν τόνδε μόσχον νεαγενῆ.* Quanquam spurium esse hunc versum credo, non tamen de interpolatore ipso adeo male censeo, ut putem eum ita scripsisse. Legendum *εὐγενῆ* quivis viderit. Nemo autem a me postulabit, ut emendationes Virorum doctorum, quæ huic regulæ adversantur, refellam; satis enim superque se ipsæ refellunt. “Sed Comici hanc regulam sæpiissime violent.” Certe. Atque hæc ipsa res eam a Tragicis servari probabile reddit. Sed de Tragicorum et Comicorum versuum discrimine plura sum infra dicturus. Quod si dactylum, qui in prima et tertia sede non infrequens est, quinta semper exclusere Tragici, si etiam anapæstum in tertia sede vitarunt, consequens esse putabam, ut anapæstus e quinta semper exulare deberet. Potueram eadem opera loca omnia colligere et examinare; sed brevitati

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)

## xx SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM.

imprimis studebam; regulam igitur meam de tertio senarii pede stabilisse contentus, cetera lectoris industriæ et candori permiseram.

Unam tantummodo exceptionem notare neglexeram, quam nunc paucis attingam, de propriis scilicet nominibus. Sunt enim nomina quædam, qualia Ἀερόπη, Ἀντιγόνη, Ἰφιγένεια, Λαομέδων, quæ ex iambicis et trochaicis versibus omnino excludenda essent, nisi\* anapæsti aliquando admitterentur. Hanc igitur veniam Tragicis libenter cum auditores, tum lectors, concedebant, ut in quavis senarii sede, præter ultimam, anapæstum, ut in quavis trochaici sede, præter medium et ultimam, dactylum usurparent. Ac nullo sane discrimine et in impares et in pares senarii locos propria nomina inferunt, ut inde consequi putem, anapæstis in tertia et quarta sede, præterquam cum hac sola exceptione, temperasse. Si enim jure suo anapæstos ibi adhibere poterant, debebant ita distribuere, ut pares locos effugerent. Cetera nomina, in quibus occurrit anapæstus vel dactylus, cum non ineluctabili necessitate iis pedibus uti cogerentur, debebant quidem ita versibus intexere, ut anapæstus in diversos pedes dissecaretur.

Iph. A. 507. Αἰνῶ σε, Μενέ | λα' ὅτι παιδὰ γνάμην ἔμήν.

Or. 490. Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγα | μέμνων βίου.

Ph. 1371. Ὡ τλῆμον οἶον τέρμον' Ιο | κάστη βίου.

\* Cum propter brevitatem, de Trochaico loquens, anapæstum dico, lector semper de duabus dactyli syllabis cum sequentis pedis longa conjunctis intelligat.

Cambridge University Press

978-1-108-01541-7 - Euripidou Hekabe, Orestes, Phoenissae kai Medea

Edited by Richard Porson

Frontmatter

[More information](#)SUPPLEMENTUM AD PRÆFATIONEM. xxi

Et hoc certe plerumque faciebant. Verum istam legem sibi servandam putabant, ut anapæstus in eadem voce totus contineretur. Mendosus igitur est

Iph. A. 1579. *"Ἐλεξέ δὲ ἦ Θηροντόν" Αρτεμις παῖ Διός.*  
E MSS. tribus Parisiensibus dedit Marklandus,

*"Ἐλεξέ δὲ Διὸς Αρτεμις Θηροντόνε.*

Musgravius, quod mirum est, vulgatam tacitus retinet.

Si me rogas, utra harum vera sit lectio, respondeo, neutra. Nec quicquam mea refert; quippe qui persuasus sim, totam eam scenam abusque versu 1541 spuriam esse, et a recentiori quodam, nescio quando, certe post Ælianii tempora suppositam. Non tamen ideo omnia contra sermonis indolem et contra metri leges peccata scriptori ipsi, sed quædam saltem librariis imputanda censeo. In hoc loco proculdubio dederat ille, *"Ἐλεξέ δὲ, ἦ Θηροντόν" Αρτεμις Διός·* et mox *Δέξαι τὸ θῦμα τοῦθ' ὅσιοι δωρούμεθα,* sed, qui sequitur, versus,

*Στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ δ' ὥροῦ,*

vereor ne sit in ipsius PseudEuripidis cerebello natus. Marklando legendum videbatur, *Στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ:* Ubi vero Tragici exercitum Græcorum hoc epitheto ornant? In hac ipsa scena, 1591. ait Marklandus. *Στρατία* quidem *κοινὴ* erat, *στρατὸς* non *κοινός.* Brunckius tamen ad